



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1675**

Cap. IX. De Compilatione IV. Innocentii, & Honorii III. Quinta. Usus harum  
compilationum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10224**

## CAP. IX.

## De Compilatione IV. Innocentii, &amp; Honorii III. Quintâ. Usus harum compilationum.

## S U M M A R I A.

1. De quartâ compilatione.      3. Usus antiqq. collect.  
 2. Quartâ compilationis interpret.  
 4. Quinta collectio.

Quarta compilatio ejusdem Innocentii est, qui, quum in *De quartâ concilio Lateranensi septuaginta unum edidisset capita, compilatione* sed & illo quinquenni spatio post tertiam collationem aliquot constitutiones, duplex inde editio exitit, altera canones ejus duntaxat concilii continens, altera alias quoque constitutiones. Ejus Interpretes Vincentius fuisse dicitur. Sed ait Augustinus sc. *Quarta Johannem, Jacobum & Robertum seu Rogerium legisse. Usus compilationum* harum Decretalium adhuc commendatur Doctoribus, ut absque *nis interpretibus* his vix quenquam posse bene interpretari Jus Canonicum Cujacius adfirmet alicubi, nec non Ant. Augustinus præfat, ad eas, & *Usus antiqq. collect.* in primis A. Gentil. *de Jure Canonico. c. 3.* Vide hujus Eclogæ *collect.* c. 14. Quinta collectio Honorii III. constitutiones habet, à *Quinta Bononiensi Archidiacono collectas, sub ipsius Pontificis collectio.* nomine, cujus interpretes fuit Jacobus Albanus, Faventinus Episcopus, Henrici Ostiensis Præceptor. Hostiensis, *proæm. summ. num. 10.* ut tradit Augustinus. Diu hæc compilatio quæsitâ & desiderata fuit. Et nondum editam Alb. Gentil. *de lib. jur. Can. p. 9.* ait. Quam Cujacius & Contius habuere. Vid. Cujac. *c. 28. de Sponsal. c. 17. de for. compet. c. pen. de frig. & malef. c. 63. de Appellat.* Causam hujus raritatis videtur Joh. Andrea indicasse. Ait enim, Gregorium IX. successorem Honorii statim initio Pontificatus sui de suâ compilatione cogitasse. Ita pressa fuit Honoriana. Tandem inventa est in bibliothecâ veteri Albiensi, & ab Innocentio Cironio, Academia Tolosana Cancellario, viro doctissimo, Tolosæ edita.

C

CAP.